Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Chronicon de sex aetatibus mundi - Cod. Aug. perg. 175

Hermann <von Reichenau>

[S.l.], [3. Drittel d. 11. Jh.]

Hugo von Sankt Victor: continuatio chronici Weingartensis

urn:nbn:de:bsz:31-34805

Visual Library

73

alamanniam vastant·

Heinricus filius Ottonis ducis saxonum· regnavit annis xvi· Sanctus Odalricus et sanctus Cůnradus episcopi clarent· Růdolfus princeps filius heinrici frater sancti Cůnradi episcopi· Regnum theutonicorum ce

I Otto magnus cepit exhinc filius heinrici· regnavit annis xxx viii· Parthenopolis construitur·

II Otto filius prioris reg. a. viii·

III Otto filius eius r. a. xviii· Nogger abbas claret·

Heinricus dux bawarie regnavit annis xxiii· Sub hoc tempore Ravenspurg construitur. Babinberg construitur· Rusci· Polani et Ungari christiani fiunt·

Cůnradus francus· regnavit annis xv· Stephanus ungarorum rex pie memorie obiit· Spira con ditur· Brůno augustensis episcopus et welf Růdolfi filius confli

Heinricus pius cgentes·

filius Cůnradi· regnavit a. xvii· Herimannus contractus claret· welf dux charinthie· filius welfonis· frater Chůnihe· quam duxit azzo marchio italie· Baldewinus comes flandrie· Incendia fiunt·

Heinricus filius heinrici pii regnavit annis xl viii· Hierusalem a paganis capta est· Alexius constantinopolitanus· welf dux Noricorum· filius Chůnihe et azzonis·

Heinricus filius superioris r. anni xviii· Qui patrem eiecit· et pascalem papam captivavit. kalo iohannes imperator grecorum· Heinricus et dux welf duces bawarie· filii welfonis·

Hierusalem francis duce Gotheffrido liberatur· anno ab incarnatione domini m. lxxxx viiii·

Lotharius regnavit anni viii· Emmanuel grecorum imperator· Heinricus dux saxonum et Bawarie· filius Heinrici· et welf frater eius·

Cůnradus filius sororis Heinrici regis· regnavit anni xv· Huic prefati duces prope ad finem restiterunt· Sub hoc expeditio hierosolimis facta est· Anno ab incarnatione domini m. c. xl· Unde plurimo ma transmarine ecclesie propter inmanitatem inpiissimi illius sanguinem· Huius expedi

tionis principes erant. Rex
ipse Cůnradus. Rex frantie
Ludewic⁹. Dux suueuie fride-
ricus filius friderici ducis fra-
tris Cůnradi regis. Postea
imperator. Guelf dux Heinrico
fratre iam defuncto. Heinr
fr regis Cůnr tunc dux ba-
warie. epi plures cum comi-
tibus et diversis hominibus.

Fridericus filius friderici
ducis et iuditte sororis wel-
fonis regnavit anno ab inc dni
M.C.L.II. Hic avunculo suo
welf. marchiam tuscie duca-
tum spoleti. principatum sar-
dinie. domum comitisse Mah-
hildis in beneficio tradidit.
et Heinrico duci saxonum
filio Heinr avunculi sui du-
catum bawarie patruo suo
Heinricho de Osterich ablatu
restituit. tali compositione
facta. ut quod prius marchia.
exhinc ducatus ipse consisteret.
Hic scdo expeditione in itali-
am facta contra rebelles
Mediolanenses. turribus tan-
dem civitatis depositis eos
subegit. anno regni sui. VII.

Eo anno defuncto adriano
papa. scisma inter alexandrum
et octavianum cepit. Orta de-
mum gwerra. idem imperator
Heinricum ducem saxonum
et bawariorum filium avunculi
sui et welfonis fratruelem.
duobus annis bellis attritum.
ablato utroque ducatu. necnon
beneficiis et prediis. exilium pro-
scriptione dampnavit. Sub hoc
etiam Saladinus rex babilo-
nie omni palestina occupata.
ipsam xpi urbem ierlm cepit.
anno ab incarnat dni M.C.LXXX.
VII. Anno dehinc tercio circa
festum sci Georii. imperator ie-
rosolimis expeditione movit
cum filio friderico duce sweuo-
rum. et epis et comitibus. et
innumerabili multitudine elec-
torum militum. Transiens
aut hiemavit in grecia. et circa
pascha cum omni multitudine
transvectus brachium sci Geor-
gii qd e mare ponticum. cum
incredibili periculo suorum
tandem circa pentecosten ve-
nit Iconium. Qua subacta
et omni recreato exercitu. cum

summa alacritate ceptum iter
aggreditur. Sed occulto dei iudi
cio inter montes ange lacri
mabili obitu uita priuatur.
anno regni. huius v°. filius
dux Fridericus princeps totius
exercitus constitutus anthio
chie ueniens carnem quidem
patris honorifice tumulauit.
Sed ossa usque accaron transtulit.
ubi et ipse cum multis nobi
libus migrauit.

Heinricus filius Friderici
imperatoris regnauit anno ab
incarnatione domini. M. C. XCI.

Anno. M. lxxxxi. xviii. kl. Ia
nuar. Welfo nobilis altor
fensis principum nostrorum il
lustrissimus. Heinrici ducis
videlicet et Wölfhildis filius
carne solutus migrauit a seculo.
in quo nobilitas altorfensium
non mediocriter completa de
siit. Innatam siquidem nobili
tatem uirtutum ampliauit
moribus. seculari etiam dig
nitate plenissime preditus. cir
ca statum spiritalis uite summa
uigilare studuit diligentia.
Quid plura? Cotidie pauperum
communicauit expensis. atque
donis munificentie sue mo
nasteriorum uel ecclesiarum
discrete suppleuit indigentiam.
Monasterio etenim wingar
tensi principaliter a parentibus
suis fundato. speciali conde
scendit beniuolentia. et fratribus
deo et s. Martino ibidem ser
uientibus inter alia beneficia
tradidit. Berge et Willare. cum
non modica familia et suis
appendiciis. Fratribus etiam in
augea pro remedio anime sue
contulit predium in Fidansboure.
In montanis etiam claustrum
Steingadim dictum a primaria
fundatione constituit. quod sue
prouidit sepulture. quod et conse
cratione et multa dote ditauit.
Quibus ex ordine rerum ita di
spositis. nobile patrimonium
cum prediis necnon aduocatiis
et ministerialibus Friderico
romanorum imperatori filio vide
licet sororis sue. et filio illius
Friderico duci sueuorum subiure
possessionis contulit. Quibus
in expeditione hierosolimita
na mortuis. idem Welfo pater

innatam familiaritate et consanguinitatis lineam. predictus patrimonium cum omnibus suis pertinentiis Heinrico illustri Romanorum imperatori sub hereditaria possessione contradidit.

Diffusa late welfonum nobilitate. Nomine postremus obiit et uirtute supremus.
Sublato fatis hoc principe nobilitatis.
Gloria multorum ruit et lux aurea morum.
Plangant orbati uitam ducis inenarrati.
Mortis medicto qui uiuimus ordine ficto.
Labimur ut fenum cum florem perdit amenum.

De ordinatione Heinrici imperatoris.

ANNO ab incarnatione domini. M. C. XC. I. Heinricus imperator friderici imperatoris magno electorum militum comitatus exercitu circa mediam xlam Romam ingressus est. et a domino apostolico Celestino in secunda feria dominice resurrectionis gloriose consecratus.

A Roma uero digrediens cum eodem exercitu apuliam infestaturus adiit. et obtentis quibusdam castellis. circa mensem augustum neapolim obsidione uallauit.

Ubi maximum exercitus consecutus est infortunium. nam ex insolita corruptione aeris cedere. quique maiores et nobiles. adeoque excreuit pestis illa miserabilis. ut idem imperator amissis uiribus languesceret. et relicta obsidione premontana rediens mortalitatem illam quodammodo declinando uix euaderet.

Transiens ergo per terminos alemannie welfonem illustrem cognouit occubuisse. cuius omne patrimonium suo mancipauit dominio.

De captiuitate regis anglie.

Eodem anno leopaldus dux austrie Richardum regem anglorum amari ignotis in partibus uento precipitatum captiuauit. et quandam habens de eo transmari

nі negocii querimoniā imp
atori tradidit. ſ; int̃ ſe facta
compoſitione idem rex a dn̄o
imperatore ſatis honeſte dimiſ
ſus eſt. Circa tīnium aut̃
eiuſdem anni. H. imperator ca
ſum prime expeditionis a͠io
reuoluens. apuliam conſult⁹
diſponit inuadere. edictaq;
imperiali curia. cunctoſq; ſui
regni conuocauit principes
illisq; paratis ad arma. ſc̃da
in apuliam iurat̃ expeditio.
atq; larga militib⁹ dantur ſti
pendia. e ſecunda ex
peditione.

ANNO. ōī. c. xc. ũ. H. einr
imperator coadunato mili
te circa aſcenſionem dn̄i mon
tana tranſcendit. et a mediola
nenſibus cum maximo glīe
apparatu ſuſceptus. potenti
manu totam ſibi ſubiugauit
apuliam. Palernam quoq;
metropolim ſicilie obtinuit.
atq; Margaritam piratam
peſſimum cum aliis pſidis
captiuatum rediens ante ſe

Utroq; igit̃ reg̃ C pmiſit.
tam romanorum quam ſicilie
imperatrice diſpoſitis. imperator glo
rioſus hieroſolimitanū cepit
iter diſponere. pollicitiſq; nō
modicis ſtipendiis multos
attendit ad redimendam ciui
tatem dn̄i.

Infra idem tempus Chůnrad⁹
illuſtris dux ſueuorū mota
guerra aduerſus Berhtoldū
ducem zaringenſem omnes
regni iſtius pene cōmouit pro
uincias. ſ; eodem Berhtoldo
in magno terrore poſito mor
te pūentus in menſe auguſto
occubuit. Pro cui⁹ requie
miniſterialibus et hominibus
ſuis mediantibus nō parua
de nobis donata ſunt allodia.
Inter q̄ monaſterio wingar
tenſi collatum eſt pdium ve
Berngartriute cum eccl̄ia. et
omnibus appendiciis necnon
familia.

Heinricus Romanorum im
perator in apulia poſitus audi
to triſti rumore ultra quam
credi poteſt animo conſter
natus eſt. quippe cui⁹ meſticia
extincti uiri et fratris amiſ
ſione uix alleuiari poterat.

Demum consumpta conso
latione philippo fratri suo pe
nes se posito ducatum sueuie
concessit. Qui quamuis puer
partes istas ingrediens tram
satis strennue rexit. herena
filia regis grecorum assump
ta in matrimonium. quam predicte
imperator deuicto palerno filio
dancredi desponsatam illi
copulauit.

Anno ab incarnatione domini m.c.xc.
vii. Philippus illustris dux
suueuorum conuocatis tunc
temporis terre istius principibus. nec
non adducta uxore in insigni
equitatura in pentecosten
gloriose arma sumpsit in lo
co qui contio legum dicitur.
Transacto postmodum ali
quanto tempore assumptis item
terre maioribus nobili mili
tum apparatu dominum et fratrem
suum imperatorem uisitare
uolens transmontanas partes
adiuit. ubi infausto quodam
exagitatus omine. ut in sequen
ti linea uidebitur. difficulter
rediit.

Anno ab incarnatione domini m.c.
xc.vii. Heinricus imperator
regnum totius Sicilie. Apulie
et Calabrie potenti manu
nullo resistente tenuit.
Sed postquam multas indi
genarum ut aiunt euasit in
sidias. post depositos terre
illius prefectos et tirannos.
post direptas munitiones et
castella morte interueniente
diem clausit extremum.

Eximium sidus lucens asi
dere refert. Quod factor si
dus stellis hoc munere prefert.
Etheris inflexa solio stat cla
rius una. Omnibus in
nixa noctis fugat abdita luna.
Sydera regali satis partu
quina ruere. Rege pater
tali genitrix. sol. luna fuere.